

& in cle. dudum s. si verò in verbo liberè, de sepulturis, latè Aret. conf. 59. in fin. lib. 3. Decius conf. 360. num. 3. Socin. senior. conf. 13. n. fin. lib. 1. Gozad. conf. 58. nu. 2. Curtius junior conf. 2. n. 3. Cassiad. decif. 3. sub num. 2. de privilegiis, & nu. 4. in fin. Caputaq. decif. 297. nu. 5. & 6. part. 1. Mierestract. de majorat. 1. part. quest. nu. 127. in noviori impressione.

- 27 Tertiò, & magis in hac specie hac pars probatur, quia isthac dictio, seu determinatio (liberè) idem importat & significat, scilicet appellatione, & præscriptione non obstante, ita ut ibi apponitur, appellationem impediatur, cap. 1. in princ. & ibi gl. mirabilis, verbo liberè, de conf. in 6. Sequitur Hieron. Gonzal. in regul. de men. & alter. gl. 53. n. 11. & idem tenent Butrius & Imol. in c. irrefragabili in princ. de off. ordinar. dum per text. ibi dicitur, quòd quando committitur alicui causa liberè expedienda, & terminanda, intelligitur appellatione remota, cum dicta verba id importent, Philip. Franch. in rubr. de appell. fol. 2. col. 1. in fin. vers. sed, quid si committatur, ubi videtur, hanc doctrinam voluisse temperare, per illum text. in d. c. irrefragabili, ut scilicet non procedat, quando adest iusta causa, & ratio appellandi, quod & ego admitto, quando ratio appellandi est in promptu, secundum ea quæ latè dicemus infra hac 3. p. cap. 9. non aliter, per ea quæ hic dicuntur. Plurimos etiam Doctores in terminis congestimus supra 2. p. c. 8. à num. 115. vers. altera clausula erit nempe (liberè procedatur) asserentes per eam sublatam intelligi appellationem: facit quod per Antonium in cap. 1. in 1. colum. de rescriptis notat Joan. Anton. de S. Georgio in cap. una nobis num. 8. vers. septimò fallit, dicit, quòd quando Papa dedisset in rescripto privilegium alicui, ut possit in causa liberè appellare, poterit ille etiam tertio provocare contra text. in l. veri, C. ne liceat tertio prov. &c. 31 quia talis dictio talem inducit libertatem, quæ nec jure, nec ratione, nec æquitate aliqua regulatur Socin. conf. 170. num. 8. lib. 2. Menoch. de arbitrariis lib. 1. q. 70. num. 32. 32 Et fortius illo redditur hoc fundamentum, quoniam quando contradictio in aliqua dispositione removetur, ibi pariter & appellatio remota censetur, ita eleganter post Decium, & alios concludit Lancelot. Robert. de attentat. 2. p. c. 12. limit. 8. n. 4. & 5. Gonz. ubi proximè gl. 9. in annot. n. 2. 18. & nos d. c. 8. à n. 107. sed sic est, quòd per hanc dictionem (liberè) in dispositione prolata, excluditur omnis contradictio & impedimentum secundum gl. in cap. ordinaris, per illum text. verbo liberè, de off. ordinaris lib. 6. Barbatia in tr. de præstantia Cardinal. 1. p. q. 3. n. 24. ergo evidenter apparet in nostro casu prædicta jura concedentia ordinario facultatem liberam providendi, & conferendi beneficium vacans ipso jure per promotionem ad aliud, censeri prohibitam appellationem quoad suspensivum saltem, 33 quia sine contradictione actum celebrat, qui potest facere liberè, Calcanius conf. 3. n. 8. Gozadin. conf. 47. num. 9. lib. 1. Menoch. de arbitrariis lib. 1. q. 7. nu. 34. cum sequentibus. 36 Quartò & pro hac parte, nostraque opinione fortiter faciunt verba specialia, quibus jura, in hac materia loquentia, utuntur, respicientia possessionem privati & executionem demonstrant, prout text. in c. de multa, ibi, tenetur illico de præbendis, & dignitatibus, text. in extravaganti execrabilis, vers. qui verò de præbendis, & dignitat. ibi, postquam secundi possessionem habuerint, vel per eos steterit, &c. absq. ue moræ dispendio, &c. Et eisdem terminis utuntur, & loquuntur Doctores, ut est videre per Abbatem in cap. quia nonnulli num. 4. de cler. non residen. & alii plurimi relati à Nicolao Garcia de benef. 2. tom. 1. 2. p. 1. c. 5. n. 36. & 37. sed quando res moram, nec dilationem recipit, appellatio intelligitur exclusa, tanquam dilationi clausam præstans, text. in l. fin. ff. de appellationib. recipiendis, cum etiam per ver-

ba æquipollentia intelligitur sublata appellatio, ut post Franchum, Decium, & alios concludit Lancelot. Robert. de attentat. 2. p. cap. 12. limit. 8. num. 4. & 5. Ill. conf. 187. incipit circa primum sub num. 2. ad medium vers. similiter lib. 2. Gonzal. in regul. de mensi. gloss. 9. in annot. num. 218.

Et facit dictio illa (illico) posita in d. c. de multa, si 39 gnificat, habente executionem paratam, ut rem judicatam, nec requiri aliam condemnationem, secundum Bart. in l. si quis C. de positi Alex. conf. 42. viso processu col. 1. verbo, nec prædictis obstat lib. 4. Pro quo est text. in l. si quis C. de positi. Tiraquel in repetit. l. si unquam, verbo, revertatur, num. 115. ad fin. idem Tiraq. sup. n. 92. ad fin. Bart. loquens in dictione [mox] per gloss. ibi, in l. unio. C. si de mom. poss. fuer. appell. Sequitur Roderic. Xaarez in repet. l. posteaquam n. 5. ff. de re jud. n. 2. & facit optimè l. fin. C. de iudicis, dum ibi hæc dictio illico, id est, sine ulla dilatione, quia hæc dictio significat latam sententiam jure operante, l. idem que s. si cui mandavero, ff. mandati, §. filius familias, vers. sex ex consuetudine, juncta gloss. ibi, verbo, illico, in fin. quibus modis parva potestis solvi, text. in l. ult. C. de fideicommiss. libert. Lucas de Peña in l. ult. col. 2. C. de spect. lib. 11. Petrus de Anara. inter consilia Joan. Carder. tit. de verb. sign. 10. Angel. Aret. in §. 1. extraneo instit. de pupil. subst. III. in l. posthum. col. 6. vers. pro qua opinione C. de honor. poss. contra tabul. ergo evidenter sequitur in hoc casu, de quo agimus, appellationi non est deferendum, nec suspendendum, etiam de dictione [mox] dicit Ill. in l. 2. col. 7. vers. 2. pondero, ff. de jurejur. habere executionem paratam, facit l. si quis post hæc in prin. C. de bonis præscriptor. & ibi Ang. in princ. sequitur Tiraq. ubi sup. d. verb. revertatur n. 109. præscriptum ad fin.

Et ex his venit intelligendus Hieronym. Gonzal. in regul. de mensi. gloss. 9. in annot. dum n. 216. & seqq. dicit, statutum dictans ut statim facta electione beneficii, tradatur possessio, intelligi si non intra terminum ad appellandum, appellatio interponatur, vel aliàs transit in rem judicatam, quia respondeo, ut procedat in statuto, quod quidem quoad prohibitionem appellationis, debet esse clarum, non turbidum statutum ut ibi dicit, & nos etiam alibi, cujus statuti quatenus tollit appellationem, strictam fieri interpretationem, etiam ex aliis fundavimus supra, maxime cum suapte natura strictum sit, ita ut secus sit dicendum in lege quia tunc intelligitur, & interpretatur etiam appellatione interposita, ut aliquid operetur, text. est in l. constitutiones, ff. de appell. qui loquitur de dictione [statim] & interpretatur, ut executio fiat lata sententia, etiam post appellationem, & ea pendente, quod in nostro casu dubium non videtur, respectu aliorum verborum extravagantis execrabilis, ibi, sine moræ dispendio, quæ omnimodam difficultatem tollit, simul atque dilationem, & suspensionem, prout & bene ponderavit Nicol. Garcia d. p. 11. c. 5. nu. 37.

Et ultra prædictos quod dictio (statim, illico, mox, &c.) excludant appellationem, latè Ruginell. tract. de appell. §. 9. gl. 2. q. 18. nu. 94. sequitur Scaccia de appell. q. 16. limit. 1. n. 59. & nos sup. 2. c. 13. ante fin. vers. ac iterum, verba illa mox, &c. à n. 124.

Nec admittenda est opinio Hieronym. Gonzal. in regul. de mensi. & alter. gl. 9. §. annot. num. 217. quem sequitur Gratian. in discep. forens. tom. 1. c. 41. nu. 11. dicentes, dictionem statim, confestim, mox, illico, & similia, non excludere appellationem, ex eo, quia licet nullam dilationem admittant, & intelligantur sine temporis intervallo, ut ipsi probant, & exactissimè per Cenedum in singularibus suis singulari 61. à n. 1. ubi plurimos citat, itaut hujusmodi verba importent summariam cognitionem absque ordine judiciario, & non requirant sententiam, ut ex Matthia Coler. de process. execut. cap. 2. p. 3. nu. 18. Tamen dicunt Gonzal. & Gratianus, quod hujusmodi

hujusmodi dictiones debent intelligi cum temperamento ratione subjæctæ materiæ, per Tiraquell. Menochium & alios, quod verum est. Sed inferunt ex ea doctrina intelligi eo modo, ut non excludant appellationem, sed statim quod de jure fieri potest executioni mandetur; scilicet, vel post decem dies datos ad appellandum, aut si non appelletur, vel aliàs, transeat in rem judicatam.

Sed ni fallor, isti viri ex eorum ratione convincuntur, etenim fatentur, istas dictiones (statim, mox, illico, &c.) intelligi cum temporis intervallo, & temperamento secundum subjæctam materiam, ut scilicet non statim, ut lata sit sententia; exequenda sit: sed quòd juris termini sint expectandi, & solemnitate, citationisque necessariò præcedere debent, & ea omnia, quæ in hujusmodi judicio executivo requiruntur, non omittantur; & sic non est expectandum, ut appellatio non interponatur, & sententia transeat in rem judicatam, quia hujusmodi exemplificatio illius doctrinæ potius est mutare, & tollere substantiam illarum dictionum, quàm tempus secundum subjæctam materiam assignare. Etenim postquam sententia transit in rem judicatam, nullæ expectantur dictiones illæ; cum de per se juris dispositione mereantur executionem; quo casu nihil specialitatis, & virtutis continent dictæ dictiones; itaque omnimodò debent intelligi, ut aliquid operentur ultra jus commune, maxime cui sui natura & propria significatione celeritatem desiderent, ex Doctoribus citatis.

Et hæc nostra interpretatio contra dictos Doctores evidenter probatur, etenim executoriales, quibus statim parendum est licet hæc paritio statim facienda, debeat civiliter intelligi; & cum aliquo temperamento, juxta text. in l. quod dicimus, ff. de solution. Doctores in c. quoad consule. de re jud. Mand. for. 20. commif. q. 8. in verb. executoriales. Grat. discept. forens. tom. 1. d. c. 41. numer. 13. (prout pariter de dictis dictionibus diximus) tamen hoc temperamentum respicit tempus, non autem appellationem, cum ab executorialium executione non admittendam esse, certum sit, & probabimus latius infra 4. p. c. 1. & ferè per tot. c. ejusdem 4. p. quia tunc foret alterare substantiam rei, quod fatendum non est, & sic evidenter convicti apparent Gonzal. & Gratian. suis rationibus, cum in ipsos retorquantur, & redeundo ad nostram principalem questionem, quæ ulterius corroboratur.

Quintò & pro hac nostra parte facit, quod in terminis consuluit Gutier. in conf. 10. nu. 8. cum seqq. ubi dicit; quod sententia ordinarii ad petitionem promotoris fiscalis, lata super declaratione cujusdam beneficii; scilicet, id vacasse per obtentionem alterius incompatibilis, ex gratia suæ Sanctitatis & virtute bullarum Apostolicarum, mandansque fieri provisionem ejusdem est exequenda non obstante appellatione, interposita à detentatore utriusque, imò plus dicit; quòd cum suprema Vallisolerana cancellaria adita fuisset per viam violentiæ, ut judici Ecclesiastico præciperet appellationi deferre, innovataque reponere, cujus processus & causa visa per tribunal illud, declaratum fuisse; ordinarium Ecclesiasticum vim nullam fecisse, haud deferentem appellationi prædictæ, ab ejus sententia interpositæ, imò causa iterum sibi remissa est, de quo quidem testatur ipse, quòd decretum in tribunalibus his in casibus frequenter videmus: & in sui comprobationem nonnulla fundamenta adduxit Joan. Gutier. in d. conf. 10. non tamen ex his, quæ nos, ubi etiam aliis pro contrario consideratis satisfacit.

Et de natura decreti sive clausulæ demittendi primum incompatible intra duos menses, putà; à die habitæ secundi possessionis, vel à tempore, quo per eum steterit non capere, appositæ in gratia & bulla impetrata pro secundo incompatibili, de qua latè Gutier. & an reci-

piat interpretationem à jure: ut intelligatur de possessione pacifica nondum quoad factum, ut percipiat fructus sed etiam de jure, scilicet, minime litigiosa, & de qualibet molestia, etiam extrajudiciali tam quoad concessionem, quàm quoad fructus perceptionem, & existenti in Romana Curia à quo tempore currat notitia possessionis capte in partibus, & de aliis multis difficultatibus quæ conducunt ad interpretationem clausulæ, & decreti (dimittendi,) vide amplissimè, & eleganter per Joan. Hier. Campanil. divers. jur. canon. rubr. 1. 1. c. 13. à n. 269. cum plur. seqq. fol. 359. & seqq. ubi n. 270. cum seqq. refert ad literam mirabilem Rotæ decisionem, allegat etiam Hier. Gonz. in regul. 8. gl. 15. n. 119. & infinitos alios, & nonnulla etiam de dicta clausula (dimittendi) vide per Marefc. var. resol. lib. 2. q. 35. à n. 103. cum seqq. & quando ex non dimissione possit impetrari juxta dictum decretum, vel non, vide per Campanil.

Sextò, & ultimò pro hac nostra opinione in terminis facit Conc. Trid. sess. 7. de reform. c. 5. ubi expressè dispositum, quod in hoc casu appellatio non impediatur judicium ordinarii, ibi, appellationibus, privilegiis exemptionibus quibuscumque, etiam cum judicio specialium deputacione, & illorum inhibitionibus in præmissis minime suffragantibus: quem text. adducens Joan. Gutier. ubi proximè pro fundamento contrariæ partis illum intelligenda, ut illa prohibitio appellationis intelligatur, respectu deputacionis Vicarii, & portionis ejus: non tamen respectu compulsions, dimissionis, prioris beneficii; & licet ipse Gutier. nostram amplexus est sententiam, non tamen video illi satisfacisse. Et sic dicas; ut respectu omnium in illo decreto dispositorum intelligenda est illa clausula generalis, prohibitiva appellationis, ut probat text. expressus in e. secundo requirit 41. in ordine, de app. cujus verba sunt: Secundo requiritur cum pluribus articulis in una commissione positus, in uno tantum contingit appellationem expressè vetari: utrum appellatio teneat, si saper aliis fuerit appellatum in quo tit. quod &c. hæc sit nostra intentio ut de omnib. articulis, qui in commissione ponuntur, justitia suam consequitur effectum in omnibus appellatio intelligitur, ut interdicta; nihil enim interest, utrum inhibeatur primò, an secundò, in medio, an in fine; cum (sicut utriusque juris argumenta nos docent) ea quæ in principio, ad medium, & ad finem: illa verò quæ in medio, ad finem atq; principium, sæpè referri contingat.) Hactenus potius loquens in fortioribus terminis; scilicet, respectu articulo- rum pluriam, & in uno duntaxat apposta prohibitio appellationis: apposta nihilominus in eadem intelligatur, multò fortius debet sic intelligi in casu d. Conc. Trid. cum id absque dubio evidenter demonstrat, ut 60 constat expressè ex illis verbis ejusdem, ibi, in præmissis, &c. quæ omnimodam difficultatem tollunt, cum sint repetitiva omnium & singulorum præcedentium.

Et cum ea sic natura, ac propria significatio hujus verbi præmitto, scilicet, ante mittere, & præmissus, à, ubi seu præmissis, in plurali, ea quæ ante mittuntur, ut explicat Calepinus super hoc participio, quod & evidenter probatur, nam quando in supplicatione post narrativam plurium delictorum; putà: apposta est clausula (si de præmissis constitit, &c.) nec addantur illa verba (seu altero eorum, &c.) non sufficit unum delictum verificare, sed omnia narrata verificanda sunt: cum illa clausula (de præmissis, &c.) ad omnia & singula præcedentia de necessitate referantur ita probat Scaphilus de signaturâ justitiæ, §. & primo sciendum, nu. 22. Sarnerius in regul. de subrogandis q. 7. vers. scilicet sciendum. Et ita fuisse relatum in una Ofsen. Archidiaconus 19. Octob. 1601. coram Horatio Cardin. Lancelot. testatur Marefc. var. resol. lib. 2. c. 1. num. 68. & quòd hæc dictio (præmissa) sit repetitiva præcedentium omnium, docet Alex. conf. 63. diligenter n. 8. in fin. verbo non obstat se- 62 cundum lib. 6. Card. Tufchus præf. concl. 1. tom. litera, c. conclus.



concl. 290. n. 2. & ad omnia precedentia refertur Alex. de Novo. in rubr. de spons. & matr. n. 3. Alex. Moneta, in tr. de consuet. jud. c. 7. sub n. 607.

62 Prout etiam de dictione (supradictis) qua restringit dispositionem ad superiora, proinde ac si specialiter essent repetita, Ripa in l. filius familias § dici n. 3. de legat. 1. Anton. Gabriel. tit. de fideicommiss. concl. 3. num. 9. Marefcot. variar. resol. lib. 1. c. 51. m. 7. idem etiam, & pariter dicimus de dictione, seu adjectivo (hujusmodi) qua precedentia cum omnibus suis qualitatibus repetit, gl. in c. si Abbatem, de elect. in 6. Corneus concl. 97. n. 8. lib. 4. Parisius cons. 52. n. 3. lib. 3. Marefc. lib. 2. c. 77. n. 27. & ad ea clausula generalis sequens est referenda, & ita respondetur.

65 Maximè & hoc attende, quòd ex Bulla Domini nostri sancti Pii IV. Pontificis Maximi edita in confirmatione Conc. Trid. ad calcem ejus, scilicet fol. mlii 387. quæ postquam omnia, & singula decreta ejus confirmavit, mandavit, utque observari, & commendat omnibus personis cujuscumque status; ut illi faciant servari, & custodire appellatione postposita, ut constat ex eadem Bulla ad medium.

Quibus sic suppositis, & præhabitis; restat respondere fundamentis pro contraria parte, & opinione adductis, consideratisque. Nec obstat primum, quòd diximus: pœna ipso jure impositas requirere sententiam declaratoriam præmissæ causæ cognitione; & ideo appellationem permissam censeri, quia responderetur: quòd ultra id, quòd hoc habeat, contineaturque difficultatem ex his, quæ supra diximus in primo fundamento pro nostra opinione a n. 7.

66 Tamen magis in specie respondendum est: ut illud argumentum, & DD. citati loquantur; quando beneficium vacat ipso jure ob pœnam alicujus facti; ut puta ob non residentiam beneficii curati, tunc ex magis communi requiritur declaratoria sententia prævia citatione, seu monitione, & causæ cognitione ut est videre ex his, quæ longa manu congestit. Ojeda de Mendoza de beneficiorum incompatibilitate. 1. part. cap. 18. a n. 11. cum seqq. at nos sumus in diverso casu, quando scilicet primum beneficium vacavit per ademptionem pacificam secundi beneficii, non ex pœna, sed ex dispositione, & effectu juris, id justis de causis, ac rationibus distantis mot. quòd est multum diversum, & separatum.

67 Et ratio diversitatis in hoc consistit, quoniam quando quis est promotor ad aliud beneficium incompatibile, & illius possessionem pacificam amplectitur, possidetque quietè: censetur renuntiare voluntate propria, & verè omnibus beneficiis antea habitis, ab illo possessis, juxta text. in c. cum in conciliis de electione, lib. 6. in §. cum vero, at verò quando quis amittit beneficium ipso jure propter non residentiam, puta illud amittit in pœnam ob non residentiam scilicet, & hujusmodi pœnam declarandam esse per sententiam præmissam monitione, citatione, & causæ cognitione, justum est, cum fore non ex voluntate propria, sed ex necessitate potius illam incurrisse, apparere potest: constabitque in causæ discussu ex ejus allegatione, & verificatione aliqua, justa, & legitima causa, à jure admessa, & approbata, pertinentis absentiam beneficiati, at verò constanti de contrariis nulla se tueri beneficium legitima defensione, & causa feratur à iudice declaratoria sententia beneficium vacasse ipso jure; hæc solutionem nota, quoniam elegans est, & eam inventori libentissimè reddo, ille est Ojeda de Mendoza in tract. de beneficiorum incompatibilitate. d. 1. p. cap. 18. n. 22 & facit, quòd dicit Joan. Gutier. in cons. 10. a princ. Nec ex hoc conitione ob non residentiam requiritur, ab ea locum esse appellationi, nec etiam in nostro casu, etiam si declaratoria necessaria foret; procedere potest conse-

quentia, ex specialibus rationibus in eo vigentibus statim dicam.

Nec obstat secundum argumentum, quòd videbatur magis difficile, & concludens; nempe licet à pœna à lege imposita, non sit licita appellatio; tamen à declaratoria incursio illius admittitur, quoad utrumque effectum, ex Doctoribus in eo citatis; quia nihilominus quòd in casu nostro declaratoria non est necessaria, tamen respondeo; ut licet quòd dicitur de declaratoria, ita procedat generaliter, non tamen est indistinctè, & absolute verum, sed vestitur ex natura, & qualitate rei, & casus, cui adjicitur, & applicatur, & secundum eam variatur, nam si casus super casu sui natura appellabilis (prout generaliter omnes casus appellationem permittunt ex iuribus vulgaris) tunc appellatio à tali sententia suos habebit effectus, at verò si illa cadit, & proferatur super aliquo casu privilegiato, vel aliàs ex aliqua speciali ratione juris est prohibita appellatio: tunc multo fortius hoc casu à declaratione erit appellatio deneganda, quam aliàs; quia in eo jam jus operatur, & protulit sententiam suam, quæ majoris est privilegii, quam lata à iudice, ut sæpè dixi, & iudex ita declarans nihil novi disponit, sed qui in præteritum jam sit actus, ostendit, ut inquit Bald. in l. cum restam. in fin. C. de manumissis restam. Decius in l. edita n. 47. C. de edendo, probat text. in l. heredes palam, sed est nota, ff. de restam. text. in l. advo. §. cum quis, de acquir. rerum domini. & in l. assero, ff. de her. instit. & in l. unum ex familia, §. si de falcidia, ff. de legat. 2. & in clem. 1. in princ. de iure patr. & etiam probatur in proemio lib. 6. in princ. & in clem. exivit, vers. locum autem, de verb. sign. gl. in cap. per tuas, verbo de novo, donat. gl. in c. 1. in verbo, & filio, de summa Test. lib. 6. ubi Domini. col. penult. vers. nota istam gl. Joan. Andreas in addit. ad Spec. in tit. de restam. in §. nuda videndum col. penult. vers. hoc etiam nota. & Dominicus. in proemio lib. 6. in princ. & vers. nota optimus text. Cardin. in clem. fin. col. 2. vers. si vero disponit de constituti. Imol. in clem. 1. col. 8. in gloss. c. vidisse, de sequest. pass. & fruct. Barba cons. 28. col. 2. vers. ecce autem, vol. 1. & in consil. 7. col. 1. vers. 2. facit volum. 3. & in consil. 87. col. 9. vers. & hoc satis aperte, eod. vel. Felin. in c. super questionum, col. 1. de off. deleg. & in c. qualiter & quando el. 1. col. 14. vers. & pro ista sententia, de accusat. & in c. non potest col. 2. vers. facit gl. singularis, de re jud. Philip. Dec. in l. edita n. 47. C. de edendo & in l. 1. col. 1. C. de impub. & aliis subst. & in c. fin. col. 6. vers. & advertendum de constituti. & in c. passoribus, §. verum in 13. not. de appel. Purpurat. in l. 1. n. 39. ff. si certum perat. & latè cum ampliacionibus, & limitationibus prosequitur Anton. Gabr. concl. 3. per tot. lib. 6. commun. concl. & magis in nostris terminis loquens in sententia declaratoria ob privationem beneficii ipso jure optimè per Ojedam de benef. incompatib. 1. p. cap. 18. num. 23.

Et præfatam solutionem ad argumentum, libet 2 exemplis & doctrinis comprobare. Ecce à pœna excommunicationis lata ipso jure non licet appellare; à declaratoria tamen aliquem in eam incidisse, liber regulariter quoad utrumque effectum, exactè per Navarrum in repetitione c. cum coning. 15. nulli. causa fol. mlii 152. at si ista declaratoria sententia cadat super excommunicationem in negotio executivo, puta super executionem obligationis Cameralis, aut guarentigati, aut bularum, penitionis, & similitum, tunc appellatio non suspendit, ab illa interposita, quemadmodum nec ab executione, quia regulariter declaratoria secundum naturam, & qualitatem negotii, cui adhæret, ita eleganter Nicol. Garcia in tr. de benef. 1. p. c. 5. n. 86. per quem, & nos ita resolvimus supra huc 3. p. c. 3. ad fin. & 2. p. c. 3. a n. 12. cum seqq. & a princ.

Secundum sit exemplum; à pœna legis, vel canonis non licet appellare, l. si qua pœna, ff. de verb. signif. cap. quas nos, de appell. à declaratione tamen aliquem illam

illam incidisse; est regulariter licita quoad utrumque secundum magis communem, gl. in c. cupientes, verb. privatos in vers. autem de electione lib. 6. Curtius jun. in l. unic. 41. ff. si quis jus dicenti non obtemp. & plures congestit Boba. in polit. 2. p. 3. lib. c. 8. n. 276. & nos supra ita secundo fundamento contrariæ partis.

74 Quod si declaratus est convictus, & confessus, tunc ejus appellationi deferendum non est, quia convictus & confessus de crimine non appellat, l. observare, C. quorum appellat. non recep. l. constitutiones ff. de appellat. vel quando crimen est notorium, &c. ecce quomodo declaratoria sententia regulatur secundum naturam casus, cui accedit; ita ut si interponatur super causa inappellabili sui natura, inappellabilis pariter & necessaria sit.

75 Tertium sit nostræ solutionis, & doctrinæ exemplum, quo apparebit simul satisfactio ultimo argumento, imò & omnibus pro contraria parte confideratis; absens à beneficio monitus, & contumax plectitur pœna privationis ejusdem ob non residentiam; ad ejus tamen executionem requiritur declaratoria cum citatione beneficiati, & causæ cognitione, & diffinitiva sententia, ut superius diximus, & est videre ex his quæ latè per Ojedam de beneficio. incompat. 1. p. cap. 18. a princ. & præcipuè a n. 20. ita ut erit nulla, & attentata sententia, & privatio seu pœna executio; si absque dicta citatione fiat, cognitio de causa, ut etiam dicit Flores de Mena in pract. q. 13. n. 26. alios allegans, cujus meminimus supra in 3. fundamento contrariæ partis, à declaratoria tamen sententia hujusmodi appellationi emissæ minimè deferendum esse, probant jura expressa, text. in c. relatum text. in c. conquirente, de clericis non residentib. text. in c. pervenit el. 2. de appell. Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 11. & quæ nos exactè diximus supra 2. p. c. 15. a princ. ubi hic articulus & sequens explicatur cum distinctione.

77 Et ad hoc reducendum est ipse Flores in illo 3. argumento, & glossa pragmaticæ per eum citatæ loquentes, quando ordinarius compellit suum subditum ad residentiam beneficii, quia tunc ita proceditur contra ipsum; quando ad privationem ejusdem proceditur, & tunc appellatio admittitur modo prædicto, & à nobis latius in d. c. 15. & tunc bene dicit ipse Flores de Mena, quòd in tribunalibus declaratur, vim fieri, quando contra clericum hujusmodi actum esse sine cognitione causæ, & citatione, quòd requiritur, ut dictum est, imò tunc frequentius solet dari tertium genus violentiæ, nempe, que oyendole de nuevo, y reponiendo lo hecho no haze fuerza, y se le remite, y no lo haziendo la haze, atorgue, y reponga, &c.

Et hoc jure utimur, non tamen ipsa glossa pragmaticæ, & ipse Flores agunt in nostro casu; scilicet quando ordinarius tractat de auferendo, & amovendo ejus possessionem beneficii incompatibilis, vacantis ipso jure per obtentionem secundi, qui ex casu longè à nostro diversus, ut supra diximus, licet in utroque admittatur minimè appellatio diversis respectibus, & specialibus rationibus consideratis, quoniam aliud est amovere beneficium ex capite non residentia, aliud autem amovere ex capite vacationis ipso jure, pro obtentione secundi incompatibilis, ut videre est ex Ojeda de beneficiis. incompat. 1. p. c. 9. n. 5. & rationem tradidimus differentia supra, & in primo capite non admittitur appellatio, cum distinctione tamen, de qua per nos supra 2. p. d. c. 15.

78 Unum tamen, & necessarium rei de qua agimus, ad majorem declarationem non omitam; quæ scilicet beneficia vacare dicantur ipso jure per pacificam possessionem adeptam secundo. In quo brevissimis affirmo, quòd quidquid sit de jure communi, hodie tamen ex dispositione noviori Concilii Trid. docemur, in omnibus beneficiis, etiam simplicibus, de jure sui

natura, vel quomodolibet residentiam requirentibus, vacare primum ipso jure, per obtentionem secundi ut constat ex eodem Trid. decreto sess. 7. de reformatione 79 c. 4. Et licet inter Doctores gravis sit difficultas circa dictum decretum Concilii: an etiam residentiam requirant, & in varias seu contrarias itum est sententias, siquidem Navarr. cons. 17. de præbend. Duënas Ecclesiast. 80 lib. 4. a n. 96. 120. Flamin. Patif. de resign. benef. lib. 3. q. 1. a n. 132. Zechus de republ. Ecclesiast. de beneficiis lib. 3. quæst. 1. n. 4. vers. in secundo capite, & vers. ad dignoscendum in fin. cum scripserunt post Trid. & Flores de Mena in pract. quæst. q. 13. n. 15. & seqq. & quæst. 23. n. 59. Marcus Anton. Genuens. in practi Archiepisc. curia Neapolitana c. 64. n. 4. & 5. Prosper. de August. ad summam Bullarii, Quar. verb. beneficiorum 6. causa affirmantes (licet aliquid trepidè) beneficia simplicia per Concilium non vacare ipso jure, quantumvis residentiam requirentia, sed idem sit hodie, quòd de jure communi cautum per c. de multa, de præbend. & alia jura de hoc loquentia.

Sed contrariam sententiam, imò quòd hodie noviori dispositione Concilii Trid. d. cap. 4. innovatum sit jus commune & extendatur ad omnia beneficia simplicia, residentiam de necessitate requirentia, tanquam incompatibilia vacare ipso jure, defendit Ojeda de beneficiis incompat. 1. p. c. 9. n. 5. dicens quòd text. in d. c. de multa, inducens vacationem ipso jure, in dignitatibus, & personatibus extenditur ex dicto decreto Concilii, ad quæcumque beneficia incompatibilia, prout sunt residentiam requirentia. Idem dicit c. 11. in fin. Gutier. cons. 10. n. 3. & 4. Zechus in tract. de benef. & person. c. 5. sub n. 4. tenet idem ex declaratione sacra Congregationis, determinavit Rota in dec. 483. p. 1. diversor. pluries etiam ita declaravit sancta Concilii congregatio, quarum duas refert Hieron. Gonzal. in regul. de mensib. & alter. gl. 15. n. 16. & seqq. indubitanter tenendum esse, ait, quòd in beneficiis, etiam simplicibus residentiam requirentibus, primum vacat ipso jure, per assecutionem secundi, quando residentia est præfisa, & obligatoria, secus si casualiva respectu amissionis fructuum, aut non continua, sed ad certum tempus, quia tunc beneficium non dicitur incompatible, sed id de residentia ad certum tempus accipiendum est, quando in eodem tempore non concurrat residentia, seu servitium alterius beneficii.

Hanc etiam novissimè opinionem tenet Vicamefius cons. 233. num. ultim. ubi aliam declarationem ad idem adducit, sequitur etiam novissimè Leonar. Lessius de just. & jur. lib. 2. cap. 34. num. 144. eandem etiam tenet Azor. 2. p. lib. 6. c. 13. q. 2. 4. 5. 7. & 8. & eandem etiam sententiam sequitur, & pluribus defendit Nicolaus Garcia de benef. 2. tom. 11. p. c. 3. a num. 78. cum multis sequentibus, ubi ita pluries censuisse sanctam Congregationem, cujus plurimas declarationes ad Concilium Tridentinum editas, ad literam refert hoc ita dicentes, & interpretantes, ut est videre in num. 84. ubi quinque adducit; aliam sub n. 87. ad fin. & alias usque ad n. 91. ubi dicit hanc sententiam, & interpretationem Concilii esse veram, satisque ei conformem, ubi in comprobationem aliqua adducit, & in d. num. 86. dicit hanc sententiam receptissimam esse, testaturque eam ita praticari in datata, & in Cancellaria Apostolica & pariter teneri à Rota.

Et adverte, quòd Navarrus relatus pro contraria, 84 non absolute eam sequitur, & defendit: sed dicit, quòd nisi autoritas sanctæ Congregationis Concilii eum in contrariam sententiam traheret; putaret respondendum esse negativè, scilicet; Concilium Trident. idem disponere, & nihil innovasse jus commune, sed pariter ac in illud etiam hodie beneficia simplicia incompatibilia residentiam requirentia; non vacare ipso jure. Et